Universitätsbibliothek Paderborn

# Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Approbatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Visual Library

# APPROBATIO.

DECISIONES iſtas Sacræ Congregationis, iam antea in quarto volumine deciſionum Rotæ Romanæ impreſſas, & poſtea R. P. M. VINCENTII DE MARCYLLA ordinis noſtri Magiſtri Generalis, & in Academia Compoſtellana primarij quondam in Theologia profeſſoris ſtudio, vna cum Concilio Sacroſancto editas; nunc iterata cura eximij D. M. N. IOANNIS GALLEMART, Catechiſtæ Regij, ſecunda emendatione cum Concilij decretis coniunctas, cum archetypis ſuis vnde deſumptæ ſunt, accurate couenire inuenio. Et in ijs edendis exacte obſeruatum eſt Pij quarti P. M. decretum de non edendo priuata authoritate in Sacrum Concilium quocumq; interpretationis genere. Nihil enim hic præter Illuſtriſſ. Cardinalium Declarationes ſuis quaſque capitulis ſubiunctas, ſumma tamen diligentia à mendis perpurgatas, Concilij decretis additum eſt; Opus abſque dubio maximæ vtilitatis omnibus fidelibus, quibus genuina maximi doctiſſimique Concilij ſententia in ſumma debet eſſe veneratione.

F. LEANDER DE S. MARTINO, *Benedictinæ congregationis Hiſpanicæ, S. Theologiæ Magiſter, & in alma Academia Duacena linguæ Sanctæ Profeſſor Regius.*

APPRO-